

no, subscripsi. Petruvinus, Vasionensis episcopus, subscripsi. Marius, Tolonensis episcopus, subscripsi. Protadius, episcopus civitatis Aquensium, subscripsi. Amandus, episcopus, subscripsi. Verus, civitatis episcopus, subscripsi. Martinus, iensis episcopus, subscripsi. Childegarius, astis episcopus, subscripsi. Adeodatus, Mammis episcopus, subscripsi. Audebertus, Pa-

risiacæ urbis episcopus, subscripsi. Ailphus, Sanctonicæ urbis episcopus, subscripsi. Magdegisilus, Turonicæ urbis episcopus, subscripsi. Magmatius, Engolismensium episcopus, subscripsi. Perichonius, Genesiensis episcopus, subscripsi. Raynaldus, Nivernensium episcopus, subscripsi. Asaneus, Suessionicæ urbis episcopus, subscripsi. Et quam plures alii subscripserunt.

APPENDIX.

TESTAMENTUM BURGUNDOFARÆ,

IN GRATIAM MONASTERII EBORIANCENSIS CONSCRIPTUM (AN. 632).

(Ex Brequigny, *ibid.*)

no quinto regnante domno Dagoberto rege Bermanos meos per legitimam divisionem ibidem visa sum accepisse, cum terris, domibus, mancipiis, vineis, pratis, aquis aquarumve decursibus, seu peculio, vel quocumque transitu, sancto monasterio et omni congregationi puellarum ejusdem Eboriacensis loci. In lege quoque Theodosiana^c ut est insertum, sic trado, eo ut unusquisque de facultate laicali, qui filios non reliquerit, ad suos hæredes legitimos debeat deferre. Propterea dono, dulcissimis germanis meis faventibus, Chagnulfo Burgundofarone et Agnetrade, portionem meam de villa vocabulo Luvra, sitam in pago Parisiaco, cum atris, ædificiis, mancipiis, vineis, sylvis, pratis, aquis aquarumve decursibus, seu peculio vel quocumque transitu. Ad integrum vero casas, cum arvis, tam infra muros quam extra muros Meldicæ civitatis, portionem meam quam contra germanos meos accepi, prædicto monasterio Eboriaco habere cupio, Farinarium, vero, qui est super fluvium Maternum, ad pontem rapidum, ipsi monasterio habere cupio. Similiter alterum Farinarium situm in Briegio, super Fluvium Alba, pro remedio animæ meæ, et ut nomen meum in libro vitæ sit insertum, ipsi monasterio dare volo. Et ut festi dies ante sanctum altare solemniter recolantur, dare volo vineas, id est pedeturas duas in Cavaniaco villa, in Kalense, quas contra germanum meum Chagnulfum in concambio visa sum accepisse, prædictæ basilicæ domnæ Mariæ et sancti Petri Eboriacensis monasterii. De mancipiis vero meis per quasque villas superius nominatas, quæque exinde per tabulas vel cartas conscripsi nomine ingenuitatis, liberi liberæve permaneant, cum omni eorum peculiari re concessa. Invoco Domini majestatem, ut post obitum meum intra legitimum temporis agonem, voluntas mea, secundum legem et consuetudinem loci ipsius, prosequente omnimodis propitio Domino, convalescat, scilicet, hoc quod pro animæ meæ remedio et peccatorum meorum absolutione tribuo, legibusque sit stabilitum, et legaliter consistat. Sane

no quinto regnante domno Dagoberto rege Bermanos meos per legitimam divisionem ibidem visa sum accepisse, cum terris, domibus, mancipiis, vineis, pratis, aquis aquarumve decursibus, seu peculio, vel quocumque transitu, sancto monasterio et omni congregationi puellarum ejusdem Eboriacensis loci. In lege quoque Theodosiana^c ut est insertum, sic trado, eo ut unusquisque de facultate laicali, qui filios non reliquerit, ad suos hæredes legitimos debeat deferre. Propterea dono, dulcissimis germanis meis faventibus, Chagnulfo Burgundofarone et Agnetrade, portionem meam de villa vocabulo Luvra, sitam in pago Parisiaco, cum atris, ædificiis, mancipiis, vineis, sylvis, pratis, aquis aquarumve decursibus, seu peculio vel quocumque transitu. Ad integrum vero casas, cum arvis, tam infra muros quam extra muros Meldicæ civitatis, portionem meam quam contra germanos meos accepi, prædicto monasterio Eboriaco habere cupio, Farinarium, vero, qui est super fluvium Maternum, ad pontem rapidum, ipsi monasterio habere cupio. Similiter alterum Farinarium situm in Briegio, super Fluvium Alba, pro remedio animæ meæ, et ut nomen meum in libro vitæ sit insertum, ipsi monasterio dare volo. Et ut festi dies ante sanctum altare solemniter recolantur, dare volo vineas, id est pedeturas duas in Cavaniaco villa, in Kalense, quas contra germanum meum Chagnulfum in concambio visa sum accepisse, prædictæ basilicæ domnæ Mariæ et sancti Petri Eboriacensis monasterii. De mancipiis vero meis per quasque villas superius nominatas, quæque exinde per tabulas vel cartas conscripsi nomine ingenuitatis, liberi liberæve permaneant, cum omni eorum peculiari re concessa. Invoco Domini majestatem, ut post obitum meum intra legitimum temporis agonem, voluntas mea, secundum legem et consuetudinem loci ipsius, prosequente omnimodis propitio Domino, convalescat, scilicet, hoc quod pro animæ meæ remedio et peccatorum meorum absolutione tribuo, legibusque sit stabilitum, et legaliter consistat. Sane

mus vulgavit Labbæus in *Miscell. curios.*, t. II, c. 6, ex originali. Recusum exstat in *Annual.* t. II, pag. 861, in *Nova Gallia Christ.*, t. VIII, col. 547, et in *Historia Ecclesiæ Meldensis* a D., t. II, pag. 1, depromptum ab omnibus ex monasterii Eboriacensis, quod postea sanctæ monasterium dictum fuit. Editionem Plessæi, novis curis institutam, sequimur. Qui vero in Labbæana contulerit, satis multas depre-discrepantias, sed quæ non magni momenti sūt. Ex hoc instrumento colligit Mabillonius, lib. 1, pag. 381, tunc temporis licuisse abbatibus testamenta condere, dum tamen ea fierent in us, non in parentum comodum.

^b Juxta nostram rationem annos regni Dagoberti apud Neustrasios computandi, dies vii Kal. Novembris (id est 26 Octob.), testamentum præfixa, incidit in annum Chr. 632; hæc autem nota chronologica diem indicat qua recognitum et confirmatum fuit testamentum, quod vii Idus Octobris, id est nona die Octobris ejusdem anni videtur fuisse conditum; et hoc ita planum est ut in his hæsisse Constantium miremur.

^c Utrum de Codice Theodosiano genuino an de Codice Alariciano, qui ex Theodosiano maxima in parte excerptus fuerat, sermo sit, incertum videri potest. Libenter credam ad genuinum Codicem referretur Burgundofaram quod tamen parvi interest pro mente testamenti.

aliquod infringere temptaverit, invocata Dei ineffabili potentia, omnino contestor ut pro omnium meorum peccatorum examine obnoxius in die iudicii teneatur, et cum impiis conscribatur qui dixerunt de Domino, crucifigatur; habeaturque extraneus a limine omnium ecclesiarum Dei; et lepra Naaman Syri super eum descendat, ut nec sic quoque valeat voluntatem

^a Labbæus docet, ubi supra, pag. 418, quædam ad calcem autographi scripta fuisse, quæ tunc injuria temporum ita erant obliterata, ut aciem oculorum omnino fugerent. Hæc erant sane testium nomina, de quibus fit mentio sub initio testamenti. Ad dit sigillum in inferiori parte instrumenti exstare affixum, quod his verbis gallice exprimit, *un gros sceau attaché*. Id, si de pendente sigillo intelligas,

meam infringere, aut in aliquo mendacio, Deo sibi contrario, minime prævaleat, si quæ mala adjectiones vel subjectiones imminutionesque factæ fuerint. Ego feci serisque mandavi, dum testamentum meum tibi sæpius volui revisere, et per singula recognovisse, constipulatione subnixâ. Actum in cœcubiis Eboriaco, sub die vij Idus Octobris ^a

contra hujus ætatis morem foret; et magna mentem subiret suspicio de hujus instrumenti falsitate. Idem Labbæus alias retulit, sigillo pendente vallatam fuisse chartam Faronis, seu Burgundofaronis, Burgundofaræ fratris, quam quidem chartam spuris chartis annumerandam ex pluribus aliis argumentis censuimus. Hinc veremur ne sororis testamentum non melioris notæ sit quam charta fratris.

ANNO DOMINI DCLXXVI.

SANCTUS ADEODATUS

PONTIFEX ROMANUS.

NOTITIA HISTORICA IN S. ADEODATUM.

(Ex libro Pontificali.)

I. Adeodatus, natione Romanus, ex monachis, de patre Jobiniano [B., Joviniano] sedit annos quatuor, menses duos, dies quinque [B., 7, m. 2, d. 17]. Tantæ magnitudinis [B., in tanta magnit.] fuit ⁵ mitissimus ac benignissimus, ut omnem hominem a majori usque ad minimum libenter susciperet, peregrinis compassionem exhibuit [exhiberet], ut etiam unusquisque quod postulavit, sine dubio impetravit [impetrare]. Sed et rogam omnibus ampliavit. Hujus temporibus Mezzetius [B., Mezentius], qui erat in Sicilia cum exercitu Orientali, intartizavit [B., tyrannizavit], et arripuit regnum. Et [Tunc] perrexit exercitus Italiae per partes Istriæ, alii per partes ¹⁰ Campaniæ, nec non et alii per partes Sardiniae et Africae. Pari modo venerunt per [in] Siciliam in civitatem Syracus, et Deo auxiliante interemptus est, nec dicendus Mezzetius [Vid. Baron., ad ann. Domini 608]. Et multi ex iudicibus ejus ¹⁵ truncati, perducti sunt Constantinopolim simul et caput ejusdem Intartæ. Postmodum venientes Saraceni in Siciliam, obtinuerunt prædictam civitatem, et multam occisionem fecerunt in populo, qui in castra, seu montana, confugerant. ²⁰ Similiter et prædam nimiam fecerunt, et æs quod ibidem a civitate Romana delatum fuerat,

secum tollentes, Alexandriam reversi sunt [in populo vix paucis evadentibus, qui per munitissima castra confugerant, et juga montium Aufrentes quoque prædam nimiam, et omnem illum ornatum æris, ac diversarum specierum, quem Constantinus a Româ navigio detulerat, secum asportantes].

II. Hic ecclesiam beati Petri, quæ est via Portuensi juxta campum Meruli, ut docuit, restauravit atque dedicavit. Sed et in monasterio sancti Erasmi situm in Cælio monte, in quo crevisse [B., convenisse] visus est prædictus sanctissimus vir, multa nova ædificia augmentavit, sed et casalia acquisivit [et multa ibi prædia acquisivit], et in vita sua abbatem vel congregationem ibidem instituit. Post cujus transitum tantæ pluviz, et tonitrua fuerunt, quales ³⁵ nullas ætas hominum meminit esse, ut etiam homines, et pecudes de fulgure interirent. Et ⁴⁰ per litanias quæ quotidie fiebant Dominum esse propitiatus, non potuissent homines triturrare, vel in horreis frumenta recondere. In tantum enim crevere hæc mala, ut ex ipsis pluviis denuo ⁴⁵ legumina renascerentur, et ad maturitatem devenirent, pro quo capti homines mirabantur. Fecit autem ordinationem unam per menses

VARIANTES LECTIONES.

Fabrotius, ex Cod. Freh. — Lin. 2. B., Jobiniano, A., Joviniano, B., Jobiano. Lin. 41. Abbatem. A., abbatiam, vel.

Ex Cod. Reg., Maz. et Thu. — Lin. 2. Jobiniano. Lin. 5. Quinque. Ille fuit mitissimus, atque benignissimus. Lin. 6. A majore usque ad minorem [M., a minore usque ad majorem]. Lin. 7. Exhiberet, ut etiam unusquisque quod postularet, ab eo sine dubio impetraret. Lin. 10. Hujus tempore Mezzetius, qui erat in Sicilia cum exercitu orientali, arripuit regnum, tunc perrexit exercitus Italiae. Lin. 16. A. Et pari modo venerunt in Siciliam in civitatem Syracus. et D. a. interemptus est, nec dic. Mezzetius, et multi ex ducibus [M., iudicibus]. Lin. 21. Eiusdem. Postmodum venientes Sarac. Lin. 27. In pop. f. vix pauci.... Lin. 32. Navigio illuc de-

tul. asp. Alex. rev. sunt. Lin. 31. Eo tempore Adeodatus papa ecclesiam beati Petri, quæ est in via Portuensi juxta pontem Meruli. Lin. 36. Sed et monasterium S. Her. Lin. 39. Sanctiss. vir. pr. multis novis ædificiis augmentavit, et multa ibi prædia acquisivit, abbatem, et congregationem ibi constituit. Post. Lin. 45. Atque ton. f. quales nunquam fuere a tempore diluvii, ut homines, et peculia de fulgure int. (In R. Cod. emendatum, de fulgure). Lin. 46. Maz., cottidie, R., quot. Lin. 48. Rec. in tantum ut per ipsas pluvias denuo ieg. r. Lin. 51. Pro quo omnes mirabantur. Lin. 55. Qui sepultus est. Lin. 56. Julii.

Ex Cod. Thuan. altero. — Lin. 2. Ex patre Jobiano. Lin. 7. Tantam comp. Lin. 24. Confugium fecerant, et prædam nimiam, vel ærea, quæ ibidem a civitate